

## Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio  
Ersteller: de Turrecremata Johannes  
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

super celos sunt id est celum cristallinum quod dicitur aqueum propter  
similitudinem cum aqua in dyaphaneitate laudent nomen domini.  
id est materia sit nobis laudandi deum. laudate dico tamen primo  
quia. verbo domini omnia constant que creata sunt in celo et in terra.  
et quia inter velle suum et facere nihil distat ait. **Q**uia ipse dixit id  
est verbum genuit et per ipsum facta sunt ipse mandavit verbo suo  
et creata sunt. item dico laudate eum que dicta sunt quia **S**tatuit ea  
permansura in eternum quo ad substantiam. licet mutabuntur que  
ad qualitates quibus statuit cursum siue motus et influentias. et  
nunquam preteribunt ordinem eis impositum. et inuitans ad lau-  
dem dei creaturas inferiores incipiens a creaturis irrationalibus  
ait. **L**audate dominum o vos creature que estis de terra dracones et  
omnia genera monstrorum animalium et abissi id est profundita-  
tes aquarum latentium et maria omnia. **L**audate ignis grandis  
nix. glacies. et venti concitantes procellas in mari que omnia faci-  
unt illud ad quod ex diuina dispositione sunt ordinata. **L**audate  
montes et omnes colles ligna fructifera et omnes cedri. **L**audate  
bestie et vniuersa peccora. serpentes. volucres. et omnia volatilia per  
aerem. et inuitans propheta creaturas rationales ad laudandum  
deum. incipiens a maioribus ait. **L**audate reges terre dominum.  
et omnes populi sicut consules. principes. et omnes iudices terre.  
**I**uuenes et virgines senes cum iunioribus laudent nomen domini  
quia exaltatum est nomen eius omnis potestas omnis etas. omnis  
sexus laudent nomen domini nostri saluatoris. cui pater dedit no-  
men quod est super omne nomen. quid per singula. **C**onfessio lau-  
dis dei est super celum et terram. quia omnes creature tam celestes  
quam terrestres debent eum laudare. est enim super eas quia maior est  
et superior omni laude earum. tum etiam laudandus est. quia exalta-  
uit deus pater cornu populi sui id est christum populi sui redemptorem  
qui dicitur cornu. quia superior et toto corpore per excellentiam. du-  
rior carne per iusticiam mollior esse per misericordiam. exaltauit quidem in sua  
passione quam per eam mundum de captiuitate redemit. exaltauit in re-  
surrectione in qua eius corpus surrexit gloriosum exaltauit in ascensione in  
qua tamen ascendit quod sedet ad dexteram patris. **V**imnus id est laus cum  
canticis fiet deo ab omnibus sanctis eius perpetuo. sanctis dico scilicet